Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ta. quo sup impios decidet claudant uiscera misericordie di.
Inuenit autem sapiens hic uilicus exitum. sue prouidentie dignum. quo euidenter usus uentur miseriae damnum ualeat effugere. Nam sequitur: Scio inquit quid faciam. ut cum amotus fuero a uilicatione recipiant me in domos suas. Tale inquit dominum ualeo meis debitoribus gratiam prestabo. ut cum defecerit uirtus mea. eorum subuentionis consequi meretur beneficia. Conuocans itaque singulos debitores domini sui. dicebat primo. Quantum debes domino meo. Hic interioris hominis aures ponamus. ut diligenter inuestigare ualeamus. cur euangelista dicat euocans singulos debitores. quasi relationem facturus de pluribus. et non amplius expimere uideatur quam duos. Ipse uerbis eandem nos instruit. quid nosse et ponderare euenit. qua in duabus tantum causis debitores existimur nri conditoris. scilicet in carnalem dei profecta. et in dilectione proximi non ficta. Nam in his duobus mandatis. uniuersa lex pendet et prophete. Vt quod ad integrum intelligamus. quid primum domino debeamus. uerbis euangelistae intendamus dicentis. Conuocans inquit singulos debitores domini sui. dicebat primo. Quantum debes domino meo. Qui autem. Centum cados olei. Vnguentum sanctum nomine olei. pura et sincera expimit dilectio dei. qua sicut oleum cuncta admixtum liquori semper eminet. sic omnia superat et excedit amor dei tanto quanto excedit. Centum quoque olei cados. integritas et perfectio significatur diuinae carnalis. Huius dilectionis domino debitores sumus. qua in omnibus et super omnia dominum diligere mandatum accepimus. Sed quoniam hoc precepto. peccatis exigentibus; sepe fit transgressio. assensum prebemus uilicatio ista exitiis. pie nobis et fideliter consulentes. Ait enim. decipe cautionem tuam. et sede cito